Brzozowski fratris sui germani pro omni et integra dote ipsi recontenta de bonis paternis post praefatum olim nobilem Gabrielem Brzozowski parentem et Annam Kostrowna matrem concernente totaliter satisfecerunt ideo ipsos de plenaria satisfactione et exolutione eiusdem dotis quietat et liberos facit bonisque omnibus paternis et maternis abdicit et abrenunciat perpetuis temporibus. Sua praesenti personali recognitione in praemissis mediante.

Actum in Curia Regia Branscen feria sexta post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Olszanica Niwinski Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Branscen personaliter comparentes Nobilis Anna filia olim Jacobi Warpech consors legitima nobilis Alberti Budlewski cum eiusdem mariti sui Vitricatoris coniugali personali assistentia et consensu praesentaneo nec non Nobilis Philippus olim Stany Zapienski nomine nobilium Valentini Joannis Matthaei Zapienskich filiorum suorum minorennium ex olim Nobili Marina filia olim Jacobi Warpech progenitorum a quibus pacem de ratihabitione infrascriptorum in forma iuris plenissima cavet et se per eosdem de bonis omnibus non sortibit sub vadio et ligamentis infrascriptis sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt, Quia Nobili Valentino Niwinski olim Pauli de Olszanica haeredi et ipsius successoribus Bona omnia mobilia et immobilia in haereditate Olszanica consistentia supramemoratam Annam post olim nobilem Jacobum Warpech fratrem germanum eorum decessum praefatos vero Zapienskie post eundem Warpech vitricum avunculum iure naturali successionis seu alio quovis modo et iuris titulo concernentia in sorte Makarowizna et alia quaecunque ibi in bonis Olszanica spectabant in areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis fluviis borris pomariis pascuis emissoriis seminatis hyemalibus et aestivalibus cunctis attinentiis exinde modo quovis et iuris titulo provenientibus nihil pro se et suis successoribus aut alio quopiam reservando sed ita late et longe circumferentialiter prout se praefata bona in suis metis et limitibus habent ac extendunt omnique iure dominio proprietate propinquitate titulo haereditario (exceptis aedificiis ad deportandum sibi reservatis) pura mera syncera et irrevocabili donatione dederunt donaverunt inscripserunt et resignarunt perpetuis temporibus cui iam ex nunc introitum realem cum pacifica possessione per nobilem et nobiles dominos officiales acceptantes dant et admittunt. Inscribunt se iidem

18725

grescentes cum suis posteris memoratum dominium suum eiusue successoreb occone evictionis ab
omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum Presertim ipse Zupienski à
memoratis filijs suis quos dum adoleverint et annos debitae aetatis pervenerint ad approbandam
praesentem inscriptionem statuere se submittit per omnes praescriptiones Terrestres tueri et euincere soliq.
tam per se quam per quasuis submissas et subordinatas personas non iniuriari Sub damnis
Tribus simplr taxatis et coram Offo praesenti Castren Branscen. peremptoria renunciatione omnibus con-
trouersijs exception allegon motion appellon ac earum quibusuis proseqution Vera vel
simplici infirmitatibus actione pro maiori minorennitate successorum tarda extraditione mala positio-
ne inordinata scriptione ac ignorantia citationibus processusq. in contumaciam obtentis alijsq. cun-
ctis in Vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusq. impedimentis etiam de iure con-
cessibilibus se et suos successores Vti abscriben submissione sua suorumq. successorum totius causae. 11

Warpechy Budlewski **Arenda**

Coram Offo et actis praesen Castren Branscen personaliter comparens Nobilis Philippus olim Stanij Zu-
pienski nomine ntium Valentini Joannis Matthaei Zupienskich filiorum suorum minorennium
à quibus pacem de ratihabitione infrascriptorum in forma iuris plenissima cauet Sub Vadio et
ligamentis infrascriptis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit Quia Nobi-
li Alberto Budlewski olim Thomae bona eorundem liberorum suorum omnia mobilia et immobilia
in villa Warpechy antiqua sita in areis hortis agris pratis campis sylvis borris seminatis
hyemalibus et Vernalibus omnibusq. et singulis eorundem bonorum Vtilitatibus fructibus attinen
et pertinen cunctis nullis exceptis sine ad decursum trium annorum immediate se sequentium
pro Summa Quadraginta Floren Polon iam recepta de qua ipsum quietat arendauit et in
arendam misit Introm illi iam ex nunc per allem et nteo duos offse acceptum dat et
admittit Inscribitq. se eundem dominium suum et eius posteros occone evictionis ab omni impe-
dimento iuridico quarumlibet personarum Presertim Vero à filijs suis toto tempore tenutae eius
tueri et euincere soliusq. per se et submissas personas non iniuriari Sub Vadio summae iam
receptae Et coram Offo praesenti peremptoria renunciatione omnibus in Vniuersum iuris remedijs et de-
fensis legalibusq. impedimentis etiam de iure concessibili se et suos successores Vti abscriben
et abrenuncian Submissione sua totius causae. Ipse Vero Nobilis Albertus Budlewski
coram eodem Offo personaliter stans publice recognoscit eadem bona non alio modo nisi iure arendae tenere et
post expirationem arendae eidem siue eius posteris et filijs cum seminatis hyemal et Vernalibus
ita prout nunc sibi sunt missa mittere Sub Vadio simili Et coram Offo praesenti Castrensi
Branscen